

Johann Ernst Schaper

**Facultatis Medicae in Alma Rostochiensi Decanus Johannes Ernestus Schaperus  
... Ad Disputationem Inauguralem De Viscido, Sanitatis Offendiculo Praenobilis  
ac Clarissimi Meaicinae Candidati Dn. Johannis Christophori Gottwalds/  
Gedanensis ... Die XI. Aprilis ... invitat**

Rostochii: Wepplingius, [1695]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730128202>

Druck Freier  Zugang



R N. med. 1695.

Johann Ernst Schaper, Præs.

Johann Christoph Sottwald, Resp.



2. D. B. V.  
ATIO INAUGURALIS  
De

SCIDO,  
NITATIS  
ENDICULO,

QVAM  
E FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU  
PRÆSIDE

NNE ERNESTO  
HAPERO,

ROFESSORE PUBL. ORDINARIO,  
MEDICÆ h. t. DECANO MAXIME  
SPECTABILI

MOTORE STUDIORUM SINGULARITER  
COLENDO

LICENTIA  
IMMOS IN ARTE SALUTIFERA  
HONORES

CHRISTOPHORUS


220/ GEDANENSIS.

DITORIO MAJORI  
TE-ET POMERIDIANIS

RILIS ANNI MDCXCV.

TORUM EXAMINI PROPONET.

H. WEPPLINGII, univ. Typogr.



Facultatis Medicæ in Almâ Rostochienfi  
DECANUS

**JOHANNES ERNESTUS  
SCHAPERUS,**

Med. Doctor ejusq; Professor Publ. Ducalis  
Suo & Amplissimæ Facultatis suæ nomine,

Ad  
DISPUTATIONEM INAUGURALEM  
De

**VISCIDO,  
SANITATIS  
OFFENDICULO,**

*Prænobilis ac Clarissimi Medicinæ Candidati*

**DN. JOHANNIS CHRISTOPHORI  
WETZLARS/ GEDANENSIS,**

Pro consequendis summis in Medicinâ Honoribus & Privilegiis,  
IN AUDITORIO MAJORI

*Die XI. Aprilis Bono cum Deo habendam.*

**Magnificum Dominum RECTOREM**

Excellentissimos Dominos Professores, cæterosq; Omnes  
omnium ordinum Literatos eorumque Fautores,  
observanter & officiosè invitat.

~~~~~  
Rostochii, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.



## Vi continuó per arterias venasve vorti

coso motu recurrit purpureus corporis nostri latex, sanitatem tum conservare, tum labefactari eam potis est. Rationi quidem id admodum repugnare videtur, corpori rem eandem robur & vitam afferre eiqve præsentissima simul mala inferre; Ast experientia id satis edocti sumus, utriusq; sanguinem esse autorem corpori ut vel robur accedat, vel detrahatur, inopinató enim accidere potest, ut vel ipse sanguis turbetur, vel alimentum aliquando non ritè digeratur peregrinum fermentum evadit, quod inducendo morbos vires suas vel citò, vel post aliquem temporis decursum exlerit. Evenire hinc autumo, quod sæpius demum adultior factus afficiatur eo, quod corpori cum tenellus embryo inducebatur; Variolæ & morbilli, ac varia ætate tenerâ contracta, in adultiori verò se exserentia mala horum testes sunt ac interpretes. In rebus sic humanis omnia multis turbari modis, morborumq; iliades vitæ curriculum circumscribere notamus, & sic alii optimè degunt, cum alii in dolore continuo & ægritudine vitam transigere coguntur. Mutabilis hic uterq; status à latice nostro purpureo est, indefiniti cum corpusculorum generis congeries sit, nec omnia ejusdem naturæ, quicunq; humores è sanguine oriundi considerentur. Insipida videtur ad sensum saliva, ast liqvor minus activus non est, vis quâ pollet, absterfiva cum lichenes & tubercula tollat ac vulnera mundet, corpusculorum heterogeneorum præsentiam satis probat, ut me non errare putaverim



rim si salivæ alcali & acidum inde tribuerem, & quod cum sa-  
charo, urinâ, & vino commune quid habeat, apertè dice-  
rem; Lacticinia promptissimè coagulat saliva, extremis tan-  
tum ancillæ labiis si degustata fuerint; hoc acidi est indici-  
um, quod manifestius patet, metalla dum corrodit & mer-  
curio currenti compedes injicit & coagulat. Curiosum hinc  
est, quod refert Cassius de auro c. 10. p. m. 103. Salivâ aurum  
foliatum per 14. dies in mortario fortiter tritum in massam  
nigram sulphur redolentem redactum. Alii è salivâ aut spiri-  
tum volatilem destillant, aut cum calce viva menstruum u-  
niversale parare annuntur, alii vino novam salivâ inducunt  
fermentationem, quâ & Brasilianorum vetulæ ex granis  
Maitz dentibus ea masticando porum postea acidulum &  
inebriantem parant, teste Joh. Lerio hist. Navig. Brasil:  
Et quæ alia curiosa experimenta fiunt, quibus edocemur  
heterogeneum salivalem esse liqvoem, eademqve propul-  
sulare ac protrudi è sanguine. Idem addent calcar reliqui  
è latice purpureo producti humores; sive attendamus ad  
Fermentum gastricum quod vel excitando famem vel cibos  
dissolvendo corpusculorum heterogeneorum præsentia e-  
jusdemq; indolis sanguinem, argumento est; admiratio-  
nem hinc meretur, quod Kerckringius Obs. 1. de puero re-  
fert, qui per os ingestum nummum per anum deposuit, in  
quo vix moneta appareret. Sive bilis sive succi Pancreatici  
habeatur ratio, sive respiciantur vel urina, vel sudores, vel  
cordis urina alias aqua pericardii, vel reliqua in lymphaticis  
lympa, in omnibus maxima corpusculorum patebit diver-  
sitas, quam huc prolixius, ne à scopo nimium aberrem, re-  
censere jure supersedeo; Hoc saltem addam, in omnibus,  
varia licet diversitate reperiri viscidum. Salivæ visciditas  
arguitur ordinariò dum spumat, & ab aëre à compedibus  
viscidarum particularum se liberaturo in multas vesiculas  
eleva-



elevatur, aqua sapone infecta indeque viscida bullas ab aëre spargens experimento rem declarat, quod si aëris egressus est saliva igne urgeatur, copiosiores bullae notantur, donec viscida materia in vasis fundo relinquatur, & huic salivae visciditati discontinuationem mercurii aequi tribuendam censet. Loturam carnis reterens cordis urina viscidum contentum probat, quod igni expositus liquor in gelatiniforme abeat corpus. Bilis visciditas, filamentis in qua hinc solvitur, manifestius se prodit, viscidum bilis obstare hinc ratus quod omni cum acido non facile effervescat, nisi vel vehemens aqua fortis, quam statim praecipitatur, vel subtile acidum, ut Spiritus vini quo promptius effervescit & in spumam in superficie mutatur, bili jungatur. Urinae viscidum, recens dum mingitur, primo intuitu oculis quidem non occurrit, est inspissetur sensim sic fluxus difficilior & tenax magis evadit, donec sedimentum plane viscidum supersit. Succus pancreaticus limpidus est ad instar aquae fontanae sed cum aliqua visciditate teste inter alios curioso hujus succi scrutatore Regnero de Graeff. de suc. pancr. c. 4. p. m. 294. Hoc viscidum & reliquae in lymphaticis lymphae constat, evaporata quippe in sanis aequae ac aegris densi glutinis instar gelatinam quoque praebet vid Barthol. cent. 3. Hist. 49. Et quid dicam? levi vulnere epidermis cum abradatur, effluere humorem limpidum notamus, qui exspirante paulatim aqua usque & usque viscidior in duriusculam crustam definit. Hoc viscidum humoribus est naturale in omnibus pro vario viscidi gradu observabile, est sanguine proveniens, ipsi prius est chylo cum communicatum fuit; chylus quippe mediocri calori admotus aequi; in mucilaginem gelatinae similem abit & hinc notabile est quod lymphae, si a pasto statim examinetur igne omnis fere exceptis paucis per alembicum separatis guttulis in offam spissam & albicantem congelescat; post in ediam vero parum gelatinae suppeditet testis est.

Excel-

Excellentissimus Bohnius differt: de mēstr. univers. ani-  
mal. Hinc vel ipsi sanguini tua constat naturalis visciditas,  
& ejus recens extracti guttula aqvæ instillata partim per il-  
lius superficiem olei instar dispergitur, partim sub filamen-  
torum formâ ad fundum secedit, nec minus spuma, quam  
refert sanguis aut pituitosum tegumentum cum bullis, quo  
quandoqve operitur libero aeri expositus, viscidi naturalis  
notam habet. Hoc viscidum ex dispositione texturæ quoq; plo-  
rant reliqvæ partium glandulæ tum faucium & membranæ  
pituitariæ pro excretionē, unde in muco narium viscida te-  
nacitas prædominari notatur, quæ & in aurium cerumine  
& oculorum butyro notabilis est; tum ventriculi & intesti-  
norum, in quo partim subtilius dissolvens ventriculi ratione  
viget, & quo partim superficies interior obducta ab assump-  
torum acriorum imprimis injuriis munitur, ne atrocissima  
præsens sit cardialgia, nec intestinorum torminibus horrendis  
crucientur mortales, cum ejus defectu maximè crudelia ad-  
veniant symptomata, quorum non levem congeriem inde or-  
tam legimus in Diatrib. Brun. de us. pancr. p. m. 74. Hic viscidi  
usus in solidis est, quod in fluidis æqvè obtinet usum, sive  
motus sanguinis, sive consistentiæ, sive nutritionis habeatur  
ratio. Viscidum enim si nec quali nec quanto peccaverit,  
justo præterea modo attenuatum spiritibus servetur, non  
obest, sed prodest, eadem quippe ejus ac reliquorum in san-  
guine heterogeneorum corpusculorum ratio est, mixti-  
one intima & mutua contemperatione neque cerni visci-  
dum, neque quenquam molestiâ afficere, imprimis spiriti-  
bus si dissolutum & attenuatum teneatur, qui omnibus ad-  
mixti humoribus sunt; Succum pancreaticum hinc nisi spi-  
ritibus dissipatis demum coire observavit Reg. de Graef.  
de succ. Pancr. c. 4. p. m. 294. Alvi hinc copiosiori  
ejectione debilitari, sudoribus nimis quibus seminis copi-

osam excretionem jungimus viribus destitui, diuresi nimia  
dejici & salivæ copiosa ejectione defatigari ægros notamus;  
Huc faciunt lymphaticorum vulnera quibus mirè debilitari  
ægri recensentur, ut vulnere vasis lymphatici laborantem  
vel Stalpart Van der Wiel initio attonitus effluvio lymphæ  
debilitari admodum observaverit. vid. cit. Aut. cent. post. p. i.  
obl. 46. p. 452. cui suffragatur solingius. part. 4. manual. op.  
chir. c. 4. p. 315. In omnibus itaque liquoribus hoc quoque  
observatur momentuni. Nec hinc in pure empyicorum, nec  
fero hydropicorum per paracentesin evacuando rejicibile  
monitum est; largam nimis educationem esse periculosam; hoc  
n. optime cum C. Celsi consilio lib. 2. c. 7. convenit, *si aqua in-*  
*qvit, inter cutem quem implevit, sive in magno abscessu multum*  
*puris coit, simul id omne effudisse æq. mortiferum est, ac si quis sani*  
*corporis vulnere factus ex sanguis est.* Quam diu ergo omnia ritè  
mista sunt, nec acidæ, nec salinæ nec terrestres præpollent par-  
ticulæ, humoribus sufficientes constant spiritus, ut attenua-  
tionis & rarefactionis nullus notetur defectus, sed attenuati in  
orbem agantur, eumque absolvant, nullum sanitatis offendi-  
culum metuendum; alit fiat ex errore debitæ attenuationis  
defectus, sive à cibo minus laudabili, sive à potu minus fermenta-  
tato aut alia ratione vitiato, sive à reliquis non naturalibus vi-  
tiosis rebus deducatur, motus humorum naturalis cessare in-  
cipit, sufflaminatur ætheris subtilis ordinarius motus & in  
crasgiorem ac fixiorem statum mutatur particularum agili-  
tas, unde viscidus sanguis & glutinosus, viscida saliva, visci-  
dum fermentum gastricum, viscida bilis, viscida lymphæ, hu-  
mores ad unum omnes viscidi, morborum insequitur cater-  
va, pituitosa visciditate viscerum munia cum turbentur, eaq;  
sensim & sine sensu destruantur; Fiunt obstructiones, quibus  
corporis nostri œconomia everti quàm celeberrimè potest.  
Hinc convulsiones & dolores excitantur viscido, humoribus  
turo

tum falsis tum acidis cum motū impediatur; Hinc flatus, Colicæ & Catarrhi generantur, humoribus acrioribus cursum cum in hibeat viscidū, Hinc Tussis, Corycæ, Sternutationis, Asthmatis & Vomitus querelæ, cum vel mole vel simul acredine agat viscidum. Hinc Hypochondriaca Melancholia, Quartana, Hæctica & Cachexia oriuntur, cum obstructions à viscido facillè fiant, indeque humores sistantur, quam & Hydrops excipere solet, indicatæ obstructions pertinaciores si notentur & vasis lymphaticis inde ruptis aqua intercas colligatur. Viscido si glandulæ ventriculi obstruantur, aut eo involvatur liquor gastricus, Anorexia oritur, quam tum Lænteria tum Cœliaca passio insequi potest, viscido si ventriculus & intestina nimium lubricentur. Nec minus cordis convulsivi motus; quos Palpitationes vocamus inde deducuntur, sanguis dum rarefactus per aortam præ visciditate sua non promptè erumpere valet, quin omnis sanguinis impetuofus motus in cordis substantiam resiliendo motum hunc convulsivū producat. Capitis dolor gravativus, Lethargus, Apoplexia, Paralyfis viscidum agnoscunt causam, & in omnibus hinc Apoplexiâ extinctis deprehendi ipsorum cerebrum tum corda tum utraqve simul copiosam in sinibus suis materiam viscidam fovisse legimus in Ephem. Germ. A. N. C. dec; I. An. 1. Obs. 74. Viscidum Producit quoq; Arthridem, Podagram & Chiragram, Guttam serenam, Suffusionem inducit, pannum vel Unguem excitat, Ulcera Tumores præterea tum Scirrhosos, tum propriis folliculis inclusos & quos alios adhuc corpori affert morbos, quas omnes recensere nimis prolixum esset. Hoc interim advertimus magnam morborum catervam produci à viscido, idque incidendum & resolvendum, vel evacandum appropriatis esse. Eleganti eruditione conscripta inauguralis Dissertatio Prænotabilis ac Clarissimi nostri Candidati hæc omnia prolixius  
pro

probat, doctissime quippe de *viscido sanitatis offendiculo* differit & eruditis præbet testimonium, quantâ industriâ & morum civilitati & studio Medico per multos annos incubuerit, id quod ex vita & studiis feliciter gestis pro more Academiae recepto recensendis pluribus patebit. Felici fide in celeberrima Gedanensium civitate orbi datus est Anno supra millesimum sexcentimum septuagesimo, vigesimus quartus cum scriberetur julii. St. N. Patre Viro Nobilissimo, Amplissimo, Excellentissimo & Experientissimo Dn. *Christophoro Gottwald* Medicinæ Doctore Celeberrimo & Civitatis Gedanensis Physico famigeratissimo, Matre, omni virtutum sui sexus genere spectatissima Matrona, Dn. *Constantia Heckerin*. Avum Paternum veneratur Virum Nobilissimum & Gravissimum Dn. *Christophorum Gottwald* Mercatorem apud Gedanenses Primarium ex perantiquo & Generoso de *Gottwald* vel de *Godels* stemmare, in Silesia notissimo, profatum, & Aviam Paternam colit virtutibus generoso stemmati de *Bodeck* / convenientissimis ornatissimam Matronam *Susannam* de *Bodeckin*. Avum maternum salutat Virum Nobilissimum & Prudentissimum Dn. *Johannem Hecker* / Senatorii Collegii Palæopolitani Gedanensis Senioreni Gravissimum & Aviam Maternam Matronam omnibus sui sexus virtutibus commendatissimam Dn. *Barbaram Zanders*. Statim ac per ætatem licebat & secundum vitæ suæ cum ageret annum Præceptoribus formandus & informandus traditus est, quos inter speciali fidelissimæ informationi in primis circa octavum ætatis annum Dn. *Mirchaelis Hanschiz*, jam ad ædem S. Mariæ Diaconi vigilantissimi meritis commissus, non neglecta inter privatos parietes informatione, quâ varii studiorum generis quæ juvenem commendant, notitia acquiritur. His fundamentis instructus per anni ejusque dimidii spatium & quod excurrit Grudentum in Borussiam missus, ubi Lingvam  
Polo

Polonicam, quam callet, addidit. Præterlapso hoc tempore ob Venerandi sui Parentis morbum atrocissimum, quo lecto affixus, vix sine restitutionis spe Parens erat. domum revocabatur, quo tamen, Deo sit laus, postea præter spem restituito, ad studia continuanda denuo majori cupiditate excitatus bonæ indolis Filius, Præceptorum Scholæ Marianæ per 4. annorum decursum curæ concreditus est, imprimis autem à Clarissimo & Doctissimo *Dn. Webero* privatâ informatione fovebatur, & studiis humanioribus imbutus ad altiora applicabat animum, hinc à Plurimum venerando, Nobilissimo ac Amplissimo *Dn. D. Schelgwigio*, Theologo famigeratissimo, & Rectore Gymnasii Gedanensium celeberrimi meritissimo, civis in Gymnasium receptus, quo præeunte Sacra tractavit, & Collegium in Hutteri compendium non sine fructu absolvit. Doctore præeunte Con-  
sultissimo *Dn. Johanne Schultzio*, J.U.D. ejusq; & Historiarum Professore celeberrimo, in eodem Athenæo in Politicis & Historicis non levia posuit fundamenta, nec humaniorum oblitus, usus hinc est privatâ fidelissimâ informatione Nobilissimi & Clarissimi *Titij*, Eloquentiæ Professoris meritissimi. In Græcis audivit Professore hujus Athenæi celeberrimum Nobilissimum & Clarissimum *Dn. Wolfgangum Rosteuscherum*, & præter hæc, Logica, Rethorica, Metaphysica, Physica & alia, quæ utilitatem afferunt, ductu Celeberrimi *M. J. C. Rosteuscheri*, petraçtavit, imprimis, quæ Physica concernunt, Viri Nobilissimi, Experientissimi *Dn. D. Heysei*, Professoris Med. & Phys. celeberrimi jam Beati informationem laudat, cujus ductu Physicis Anatomica, Pharmaceutica, Physiologica, Pathologica, paucis: Medica junxit, adeo ut indetessa Virorum Gymnasii Doctissimorum per quin-  
quennium vigilantia, & Discantis hujus laudabili discendi ardore nihil omitteretur quod futuræ eruditioni inservire posset. Unde in studiis & artium cultura progressus non penitendos faciebat, quibus locupletatus Medi-

))

cinam

cinam pro scopo eruditionis suæ elegit, nec est quod mirerur medicinam statim ipsi cordi fuisse, occasio illi ultrò offerebat talia, quæ ali Frustra quæerunt, ut meritò Clarissimus Candidatus noster albæ Gallinæ dicendus filius sit; Nam Patrem habuit Præceptorem, cujus fidelissima manu ductione, in Anatomicis, Practicis, Chymicis & Pharmaceuticis, Praxi medica & Mechanicâ, aliisque rerum naturalium curiosis scientiis non levem acquisivit notitiam, idque eò magis, cum non tantum ex eruditissimo Parentis sui ore hæc omnia audiret, verum etiam Physica Mechanica & curiosa scilicet lapidum, mineralium, metallorum, stirpium, animantium & quæ alia maximè curiosa tum naturalia, tum singulari in rebus curiosis Parentis Venerandi notitiâ & arte parata pleno agmine in splendidissimis Parentis sui Venerandi, Fautoris nostri æstumatissimi, curiosorum Cameris collecta ipse contemplari, scrutari & rimari posset. His eruditionis divitiis instructus peregrina adiit loca, & omnium primo A. 1688. Academiam Borussorum, quæ Regiomonti est, inq; eâ tum Medicinæ Professores, tum alios Viros eruditos celeberrimos sedulo audivit, donec Anno 1691. Academiam nostram ad Varnum salutaret, in quâ Consiliis Viri Nobilissimi Experientissimi & Excellentissimi *Dn. Bernhardi Barnsdorffii*, Medicinæ Doctoris & Professoris Publici celeberrimi, Collegæ Fautoris ac Amici mei æstumatissimi adjutus, per aliquot tempus persistebat. Cum autem Prænobilis & Clarissimus noster Candidatus alias quoq; Academias, inq; iis primariò Viros fama & eruditione celeberrimos salutare constituisset, ad Academiam Kiliensem se conferebat & tam publicæ quàm privatisimæ informationi Viri Nobilissimi Experientissimi & Excellentissimi *Dn. Joh. Danielis Majoris*, Medicinæ Doctoris ac Professoris Publici famigeratissimi, Archiatri Serenissimi Principis Cimbrici, se tradidit, cujus fidelissimo & singulari

gulari ductu hætenus audita & quæ ad solidam Medicinæ  
scientiam adhuc requirebantur, in succum & sanguinem ver-  
tebat, ab ejus enim ore pendeat & sedulus & maximè indu-  
strius ejus erat Auditor; informationem hinc Excellentis-  
simi Majoris fidelissimam Candidatus noster grata recor-  
datione sæpius laudat, & sui Præceptoris cineres venera-  
tur. Cumque & Cathedram Kiliensiem premeret, vir No-  
bilissimus Experientissimus & Excellentissimus *Dn. Wilhelmus*  
*Suldreich Wadschmiedius*, Medicinæ Doctor & Prof. Publ. cele-  
berrimus, ejus lectionibus publicis & privatis per illud, quo  
comoratus spatium ibi est æq; interfuit. Cum Kiliæ esset non-  
nisi Eruditorum virorum notitiam desiderans, ea intentione  
Hafniam petiit, & Viros ejus loci celeberrimos, *Bartholinos*,  
*Jacobos*, & alios salutavit. Ex Hafniâ autem redux per in-  
tegrum & quod excurrit annum iterum informatione priori  
Excellentissimi Majoris usus. Porro ad Academiam Lipsi-  
ensem accessit, ultimum doctrinæ additurus complemen-  
tum. Nobilissimorum itaque Excellentissimorum & Expe-  
rientissimorum *Dni. Johannis Bohnij*, Med. Doctoris & Prof.  
Publ. Celeberrimi, & *Dn. Augusti Quirini Rivini*, Med. Docto-  
ris & Prof. Publici Famigeratissimi lectiones sedulo frequenta-  
vit. In Mathematicis Lipsiæ Virum Nobilissimum & Clarissi-  
mum *M. Sturmium* audivit, & ejus manu ductione, quæ Algebrâ  
spectant speciosam, & mechanicam, imprimis addidit. In o-  
mnibus recensitis Musarum sacrariis autem Professores coluit,  
& omnibus hinc gratus & acceptus fuit. Tandem cum Purpu-  
ram præmeritam ambiret, resalutavit nostram Academiam,  
atque ad Facultatis nostræ examina admitti, eâ quâ decebat  
modestiam rogavit. Admisimus illum elapso mense Martio, in  
eruditionem inquisivimus, & examinibus exantlatis talem  
deprehendimus, ut omni jure pro impetrandis summis  
honoribus Licentiam publicè disputandi ipsi daremus.  
Me.



*Meritò igitur, Vir Nobilissime Excellentissime & Expē-*  
*rientissime, Dn. Doctor Gottwald / Parens Candidati*  
*nostri venerande, Fautor noster ac Amice Colendissime*  
*de Filio tuo erudito corditus Tibi gratulor, non tantum*  
*enim aliorum celeberrimorum Virorum ductu, sed & ex*  
*tuo eruditissimo ore Filium eruditum in examinibus depre-*  
*bendit Facultas nostra Medica, eumq; hunc dignissimum*  
*ad suscipiendum in Medicinā summum gradum iudicavit.*  
*Quævis optima nonnisi hunc de Filio tuo ominari licet;*  
*Faxit summum Nomen, ut hic Filius Tuus VIR EX-*  
*CELLENTISSIMÆ, Candidatus noster dignissimus,*  
*ut hætenus, sic porro Tibi Tuisque Charissimis sit gau-*  
*dio, Patriæ emolumento, & Aëgris solatio. Cum a. ad*  
*licentiam assumendi gradum obtinendam pro more major-*  
*rum die 11. Aprilis Deo annuente de Viscido sanitatis offendis-*  
*culo inauguraliter disputaturus sit, Magnificum DN. RECTO-*  
*REM, Excellentissimos Universitatis Proceres, ejusque Ci-*  
*ves omnes & singulos & Literatum Fautores, ut suâ frequen-*  
*tiâ disputationem hanc inauguralem reddant illustrio-*  
*rem, eo, quo decet obsequio rogo*  
*atque invito.*

Publ : Rostochii Sub Sigillo Decanatus  
die 31. Mart: An. M·DC·XCV.





Merito igitur, Vir Nobilissime Excellen-  
tissime, Dn. Doctor Gottwald /  
nostri venerande, Fautor noster ac A-  
de Filio tuo erudito corditus Tibi gratia  
enim aliorum celeberrimorum Virorum  
tuo eruditissimo ore Filium eruditum in-  
bendit Facultas nostra Medica, eumq;  
ad suscipiendum in Medicinâ summum  
Quævis optima non nisi hinc de Filio  
Faxit summum Nomen, ut hic Filius  
CELLENTISSIME, Candidatus n-  
ut hætenus, sic porro Tibi Tuisque C-  
dio, Patriæ emolumento, & Aëgris so-  
licentiam assumendi gradum obtinenda-  
rum die 11. Aprilis Deo annuente de Visc-  
culo inauguraliter disputaturus sit, Magnifi-  
REM, Excellentissimos Universitatis Pro-  
ves omnes & singulos & Literatum Faut-  
tiâ disputationem hanc inauguralem  
rem, eo, quo decet obsequio  
atque invito.

Publ : Rostochii Sub Sigill  
die 31. Mart: An. M·L







Polonicam, quam callet, addidit  
ob Venerandi sui Parentis morbo  
affixus, vix sine restitutionis spe  
tur, quo tamen, Deo sit laus, poste  
dia continuanda denuo majori cu  
dolis Filius, Præceptorum Scholæ  
cursum curæ concreditus est, im  
Doctissimo *Dn. Webero* privatâ info  
is humanioribus imbutus ad alie  
â Plurimum venerando, Nobiliss  
*Schelgwigio*, Theologo famigerati  
Gedanensium celeberrimi meriti  
receptus, quo præeunte Sacra tra  
compendium non sine fructu abs  
sultissimo *Dn. Johanne Schultzio*, J.  
Professore celeberrimo, in eodem  
storicis non levia posuit fundame  
litus, usus hinc est privatâ fidelit  
simi & Clarissimi *Titij*, Eloquentia  
Græcis audivit Professore hujus  
bilissimum & Clarissimum *Dn. W*  
præter hæc, Logica, Rethorica, M  
qvæ utilitatem afferunt, ductu *C*  
*teuscheri*, petraçtavit, imprimis,  
Viri Nobilissimi, Experientissimi  
Med. & Phys. celeberrimi jam Be  
cujus ductu Physicis Anatomica,  
logica, Pathologica, paucis  
ut indetessa Virorum Gymnasia  
quennium vigilantia, & Discen  
di ardore nihil omitteretur qu  
servire posset. Unde in studiis &  
sus non pœnitendos faciebat, q

))

ipso hoc tempore  
imum, quo lecto  
omum revocaba  
restituto, ad stu  
citatus bonæ in  
er 4. annorum de  
m â Clarissimo &  
vebatur, & studi  
at animum, hinc  
nplissimo *Dn. D.*  
eçtore Gymnasia  
s in Gymnasium  
egium in Hutteri  
e præeunte *Con*  
& Historiarum  
in Politicis & Hi  
umaniorum ob  
natione Nobilif  
s meritissimi. In  
eberrimum No  
*ostenuscherum*, &  
, Physica & alia,  
*M. J. C. Ros*  
ca concernunt,  
*sei*, Professoris  
tionem laudat,  
tica, Physio  
junxit, adeo  
rum per quin  
adabili discen  
eruditioni in  
ultura progres  
letatus Medi  
cinam

